



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et  
Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

62. Consulto Capitulo Cathedrali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1665.

câ societate, à liberali pecuniarum ope, à favore pacis postea secutura.

Ardua res erat, à cuius eventu Principis & Patriæ pendebat salus. Ne quid verò temeriter ipse solus egisse, postea culpari posset, cum Senatu Cathedralitio conferendam iudicavit. Quò secretior autem tractatus maneat, nonnullos è gremio designari vult, qui consulta, si quidem ita visum fuerit, comprobandi potestate gaudeant, nec quidquam ad Collegium palàm referre teneantur. Id quod etiam utrobique placuit. Congregatis itaque de Collegio primoribus, mentem suam *Christophorus Bernardus* aperit; hinc periculum Diœcesis, indè defensionis necessitatem probat; nec esse præsentius hodiè medium, quam si cum Britanno Rege, ineatur foedus, & armis tandem, Provinciæ suæ, subditisque securitas asseratur. Dum ij propositum laudant, & fausta quævis comprecantur, mox *Henricus Alexander de Wreden* Canonicus Mindensis, Pro-Tribunus, & Aulæ Præfectus in Angliam clam expeditur, qui cum *Carolo* Rege foedus componat. Et is paucis diebus postquam Londinum appulsus erat, rem totam, *Arlingtono* interprete, celeriter absolvit, atque hanc cum Rege Confœderationem pactus est.

62.  
Consulto  
Capitulo  
Cathedrali.  
Decernitur.

Et operâ  
Wredenâ  
pangitur

V u 3 Notum